



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

221 Beneficiorum permutatio quàm ægrè permissa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

titulum spirituale, sicuti post Laurentium non male notauit Zabarella Cardinalis in d. Clement. vnic. de rer. permut. nu. 10. Quid igitur de pensionibus Ecclesiasticis est sentiendum? ecquid & hæ beneficiorū nomine censentur? Non videtur; quia licet spirituale quid habere videantur, vt ad c. cum olim. dicebamus, in titulum tamen minimè dantur: quocirca beneficium cum pensione permutari non posset. De hospitalibus in titulū dari non consuetis (quædam nempe sic dantur) idem statuit ibidem Zabarella nu. 11. sicut & de decimis deque iure sepulturarum. quibus addi potest ius patronatus, omniaque alia id genus iura. cum quibus ob id beneficia permutari nequeūt quod inter sese dumtaxat beneficiorum permissa tandem sit permutatio, nō autem beneficij cum vllō alio spirituali vel quasi spirituali iure; propter cuiusdam quasi nundinationis in rebus huiusmodi spiritualibus visam speciem, & speciei istius odium, de quo satis multa diximus in huius nostræ Commētationis exordio. quin & iure ciuili res vel sacras vel publicas vel religiosas in commercium per se se non venire notissimum est; vnde nec beneficia permutari possent nisi singulariter hoc tādē fuisset permissum, nec nisi singularibus etiam de causis. Quodsi quis crassissimam & rotundissimam clarissimamque beneficij Ecclesiastici propriè sumpti definitionem desideret, sic habeat; *Beneficium Ecclesiasticum* est ius prouentuum ex rebus temporalibus Deo vel

220
Pensiones, hospitalia, de cura, ius patronatus, cū beneficiis non permutantur. qua de re plenius. §. ad Clemēt. ver. beneficia.

221
Beneficiorum permutatio quam egrè admissa.

222
Beneficij Ecclesiastici de.